



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3 vtrum aduocatus peccet iniustam causam defendendo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

præfenti necessitati succurrat. Vnde dicitur 1. Ioan. 3. Qui uiderit fratrem suum necessitatem habentem, & clauerit uiscera sua ab eo &c. Sub dicitur: Vel quarumlibet rerum, quia homo sibi coniunctis quacumque necessitudine maxime debet curam impendere, sicut illud 1. ad Timoth. 5. Si quis suorum, & maxime domesticorum curam non habet, si dem negauit. Quibus tamen cõcurrentibus considerandũ restat, utrum aliquis tantam necessitatẽ patiatur, quã non in promptu appareat, quõ ei possit aliter subueniri, & in tali casu tenetur ei opus misericordie impendere. Si autem in promptu appareat, quõ aliter ei subueniri possit uel per seipsũ, uel per aliam personam magis cõiunctam, aut maiorem facultatẽ habentem, nõ tenetur ex necessitate indigentẽ subuenire, ita quõ nõ faciendo peccet, quamuis si subuenierit absq; tali necessitate, laudabiliter faciat. Vnde aduocatus nõ tenetur semp̃ causa pauperũ patrocinium præstare, sed solum concurrentibus conditionibus prædictis: alioquin oporteret eũ oia alia negotia præmittere, & solis causis pauperũ iuandis intendere. Et idem dicendum est de medico, quantum ad curationẽ pauperũ.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod quando a finis iacet sub onere, non potest ei aliter subueniri in casu isto, nisi per aduenientes subueniatur: & ideo tenetur iuuare. Nõ autem tenentur si possent aliunde remedium afferri.

**AD SECVNDVM** dicendum, quod homo talentum sibi traditum tenetur utiliter dispensare, seruata opportunitatẽ locorũ, & tẽporũ, & aliarum rerum, ut dictum est.

**AD TERTIVM** dicendum, quod non qualibet necessitas causat debitum subueniendi, sed solum illa, quæ est dicta.

ARTICVLVS II.

*Utrum conuenienter aliqui secundum iura arceantur ab officio aduocandi.*

**AD SECVNDVM** sic procedit. Videtur, quod inconuenienter aliqui secundum iura arceantur ab officio aduocandi. Ab operibus. n. misericordie nullus debet arceri: sed patrocinium prestare in causis ad opera misericordie pertinet, ut dictum est. ergo nullus debet ab hoc officio arceri.

¶ 2. Præter. Contrariarum causarum non uidetur esse idem effectus: sed esse deditum rebus diuinis, & esse deditum peccatis, est contrarium.

**A** inconuenienter ergo excluditur ad officio aduocati, quidam propter religionem, ut monachi, & clerici: quidam autem propter culpam, ut infames, & hæretici.

¶ 3. Præter. Homo debet diligere proximum sicut seipsum: sed ad officium dilectionis pertinet, quod aliquis aduocatus causæ alicuius patrocinetur: inconuenienter ergo aliqui, quibus cõceditur pro seipsis autoritas aduocationis, prohibentur patrocinari causis aliorum.

**S**ED CONTRA est, quod 3. q. 7. multa personarum arceantur ab officio postulandi.

**R**ESPON. Dicendum, quod aliquis impeditur ab aliquo actu duplici ratione. Vno modo propter impotentiam, alio modo propter indecentiam: sed impotentia simpliciter excludit aliquem ab actu: indecentia autem non excludit omnino, quia necessitas indecentiam tollere potest. Sic ergo ab officio aduocatorum prohibentur quidam propter impotentiam, eo quod deficiunt sensu, uel interiori, sicut furiosi & im puberes: uel exteriori, sicut surdi, & muti. Est enim necessaria aduocato & interior peritia, qua possit cõuenienter iustitiam assumptæ causæ ostendere: & iterum loquela cum auditu, ut possit pronunciare, & audire quod ei dicitur. Vnde qui in his defectibus patiuntur, omnino prohibentur ne sint aduocati nec pro se, nec pro alijs. Decentia autem huius officij exercendi tollitur dupliciter. Vno modo ex hoc, quod aliquis est rebus maioribus obligatus: unde monachos, & presbyteros non decet in quacumque causâ aduocatos esse, neque clericos in iudicio seculari, quia huiusmodi personarum sunt rebus diuinis astrictæ. Alio modo, propter personarum defectum uel corporalem, ut patet de cæcis, qui conuenienter iudicio astare non possent: uel spirituales. Non enim decet, ut alterius iustitiæ patronus existat, qui in seipso iustitiam contempnit, & ideo infames, infideles, & damnati de grauib. criminibus non decet sunt aduocati, tamen huiusmodi indecentiæ necessitas præfertur. Et pro hoc huiusmodi personarum potest pro seipsis, uel pro personis sibi coniunctis uti officio aduocati. Vnde & clerici pro ecclesijs suis possunt esse aduocati, & monachi pro causa monasterij sui, si abbas præceperit.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod ab operibus misericordie interdum propter indecentiam impediuntur aliqui, & aliqui propter impotentiam. Non enim omnia opera misericordie omnes decet: sicut stultos non decet consilium dare, neque ignorantes docere.

**A**D SECVNDVM dicendum, quod sicut virtus corrumpitur per superabundantiam, & defectum: ita aliquis fit indecens & per maius, & per minus. Et propter hoc quidam arceantur a patrocinio prestando in causis, quia sunt maiores tali officio, sicut religiosi, & clerici: quidam uero, quia sunt minores quam ut eis hoc officium competat, sicut infames, & infideles.

**A**D TERTIVM dicendum, quod non ita imminet homini necessitas patrocinari causis aliorum, sicut proprijs: quia alij possunt sibi aliter subuenire. Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS III.

*Utrum aduocatus peccet, si iniustam causam defendat.*

**A**D TERTIVM sic proceditur. Videtur quod aduocatus non peccet, si iniustam causam defendat. Sicut enim ostenditur peritia medici, si infirmum curant discernere, & penetrare, an iustam, uel iniustam causam suscipiant, manifeste negligunt scire, quod tenentur scire. Qui autem ex contingentibus nihil omittunt tuti incedunt, etiam si errant.

¶ Super

3. q. 7. ca. infames

h. & hoc non: quia illa est a parte ad totum, aliam iustitiam pectio. Amplius, qui tenentur ex præcepto iustitiæ obviare iniustis, uel operibus, si hoc cum possunt non faciunt, tenentur ad reprimendam: sed ut superius in questionibus auctor dicit, non solum non obviare, tenentur ad reprimendam, quando ex officio tenetur obviare. Aduocatus autem non ex officio, quia non est publicus officialis: sed ex arte aduocandi debet de opera iustitiæ subuenire. Non tenetur ad reprimendam non subueniendo, nec reus est iniustitiæ propter dampnum notabile, quod pauper incurrit.

¶ Ad tertium dicitur, quod iura efficiuntur, quod de re pauperi aduocatus non tenetur quod de re publico seruiat, sed de publico arario merces sibi dari debet, si pauper non potest solvere. Et aduocatus reuincit gratia patrocinari.

¶ Super quod. septimum articulum secundum tertium.

¶ In articulo. & tertio, nihil occurrit scribendum, nisi quod in tertio articulo memineris ignoranti exculare, quando est causa actus, & non est peccatum. Et uocatur ignorantia causa actus, quando si sciisset, non fecisset. Est quoque sine peccato, quando est alicuius circumstantie, quam non potest, aut non tenetur scire: & si tenetur scire, non fuit negligens ut sciret.

Et licet ampliando ad aduocatum peccet poterit h. exculare est a defendendo iniustam causam ignoranter. Qui enim omnino defendit sine iustam, siue iniustam, quamuis nesciant iniustam non ex ignorantia, sed cum ignorantia, quæ non excusat, parocinatur iniuste, qui etiam non

mitatem desperatam sanet, ita etiam ostenditur peritia aduocati, si iniustam causam defendere possit: sed medicus laudatur, si infirmitatem desperatam sanet: ergo etiam aduocatus non peccat, sed magis laudandus est, si iniustam causam defendat.

¶ 2 Præ. A quolibet peccato licet desistere: sed aduocatus puniatur, si causam suam perdidit, ut habetur. 2. q. 3. \* ergo aduocatus non peccat, iniustam causam defendendo, si eam defendendam suscepit.

¶ 3 Præ. Maius videtur esse peccatum, si iniustitia vatur ad iustam causam defendendam, puta producendo falsos testes, vel allegando falsas leges, quam iniustam causam defendendo, quia hoc est peccatum in forma, illud in materia: sed videtur aduocato licere talibus astutijs uti, sicut militi licet ex insidijs pugnare: ergo videtur quod aduocatus non peccet, si iniustam causam defendat.

SED CONTRA est, quod dicitur 2. Paralipomē. 19. Impio præbes auxilium, & ideo iram Domini mereris: sed aduocatus defendens causam iniustam, impio præbet auxilium: ergo peccando, iram Domini meretur.

RESPONDEO. Dicendum, quod illicitum est alicui cooperari ad malum faciendum siue consulendo, siue adiuvando, siue qualitercunque consentiendo, quia consiliarius, & coadiuuus quodammodo est faciens. Et A post. dicit ad Rom. 1. q. digni sunt morte non solum qui faciunt peccatum, sed etiam qui consentiunt facientibus: vnde & supra dictum est, \* quod omnes tales ad restitutionem tenentur. Manifestum est autem, quod aduocatus auxilium, & consilium præstat ei, cuius causam patrociniatur. Vnde si scienter iniustam causam defendit, absque dubio grauer peccat, & ad restitutionem tenetur eius damni, quod contra iustitiam per eius auxilium altera pars incurrit. Si autem ignoranter iniustam causam defendit, putans esse iustam, excusatur secundum modum, quo ignorantia excusari potest.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod medicus accipiens in curam infirmitatem desperatam, nulli facit iniuriam: aduocatus autem suscipiens causam iniustam, iniuste lædit eum, contra quem iniuste patrociniatur: & ideo non est similis ratio. Quauis n. laudabilis videatur quantum ad peritiam artis, tñ peccat quantum ad iniustitiam voluntatis, qua abutitur arte ad malum.

AD SECVNDVM dicendum, quod aduocatus si in principio credidit causam iustam esse, & postea in processu appareat eam esse iniustam, non debet eam prodere, vt. s. aliam partem iuuet, vel secreta suæ causæ alteri parti reuelat: potest tñ, & debet causam deserre, vel eum, cuius causam agit, ad cedendum inducere, siue ad componendum sine aduersarij damno.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut supra dictum est, \* militi, vel duci exercit' licet in bello iusto ex insidijs agere ea, quæ facere debet, prudenter occultando, nō autem falsitatem fraudulenter faciendo: quia etiam hosti fidem seruare oportet, sicut Tulli. dicit in 1. de Offic. \* Vnde & aduocato defendenti causam iustam, licet prudenter occultare ea, quibus impediri posset processus eius: non autem licet ei aliqua falsitate vti.

2. q. 3. ca. si quem peccauerit.

q. 42. art. 7.

q. 40. art. 3. In cult. qd de iustitia agit a medico.

¶ Super quæst. septuagesime prime articulum quartum.

Opusc. 19. cor. 11.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aduocato liceat pro suo patrociniario pecuniam accipere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod aduocato non liceat pro suo patrociniario pecuniam

F accipere. Opera enim misericordie non sunt intuitu humanæ remunerationis faciēda, secundum illud Luca 14. Cum facis prandium aut canam, noli uocare amicos tuos, neq; uicinos diuites, ne forte ipsi te reuinent, & fiat tibi tributio: sed præstare patrociniū causæ alicuius, pertinet ad opera misericordie, ut dictum est. \* ergo non licet aduocato accipere retributionem pecunie pro patrociniario præstato.

¶ 2 Præ. Spirituale non est pro temporali commutandum: sed patrociniū p'stitum videtur esse quiddam spirituale, cū sit usus scientie iuris. ergo non licet aduocato pro patrociniario p'stato pecuniam accipere.

¶ 3 Præ. Sicut ad iudicium concurrit persona aduocati, ita etiam persona iudicis, & persona testis: sed s'm Aug. ad \* Macedonium, non dēt iudex uendere iustum iudicium, nec testis uerum testimonium. ergo nec aduocatus poterit uendere iustum patrociniario.

SED CONTRA est, quod Aug. \* dicit ibidem, quod aduocatus licite uendit iustum patrociniario, & iuris peritus uerum consilium.

RESPON. Dicendum, quod ea que quis non tenetur alteri exhibere, inquit potest pro eorum exhibitione recompensationem accipere. Manifestum est autē, quod aduocatus non semper tenetur patrociniario præstare, aut consilium dare causis aliorum: & ideo si uendat suum patrociniario, siue consilium, nō agit contra iustitiam.

Et eadem ratio est de medico operem ferre ad sanandum, & de omnibus alijs huiusmodi personis, dum tamen moderate accipiant, considerata conditione personarum, & negotiorum, & laboris, & consuetudine patrie. Si autem per improbitatem aliquid immoderate extorqueant, peccant contra iustitiam. unde August. \* dicit ad Macedonium, quod ab his extorta per immoderatam improbitatem reperti solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non semper que homo potest misericorditer facere, tenetur facere gratis, alioquin nulli liceret aliquam rem uendere, quia quilibet rem potest homo misericorditer impendere: sed quando causa misericorditer impendit, non humanam, sed diuinam remunerationem querere debet. Et similiter aduocatus, quando causam pauperum misericorditer patrociniatur, non debet intendere remu-